

II. Et in terra pax.

Efai. 9. Gratulantur terrigenis ob pacem, quam verus Princeps pacis suâ nativitate illis attulit.

V S V S.

▲ Cor. 1. Agnoscamus itaq; & nos gratâ mente hanc pacem cum Paulo, illâq; permoti in terris pacificè vivamus.

III. Hominibus beneplacitum.

Hoc est: Annunciamus vobis hominibus, quod optimè Patri cœlesti placearis, ob missum Filium, modo illum verâ fide apprehendatis.

V S V S.

ψ 2. Osculemur itaq; Filium, & invicem alter alteri beneplacitû DEI annunciet.

DE III. LOCO.

I. Pastores concione Angelicâ, & cantico permoti, adhortantur se invicem:

Transeamus usq; in Bethlehem, & videamus hoc verbum, quod factum est ad nos.

V S V S.

ψ 95. Exemplo pastorum & nos mutuò invitemus: Venite adoremus Dominum.

ψ 122. Item. In domum Domini ibimus.

3. Et